

Expositio unius odæ propheticæ libri canonici Xi-Kim,

In quâ clarè, distinctè et veluti historicè sub unico typo prænuntiatur Christi Salvatoris Incarnatio, nativitas, Infantia, vita privata et publica, prædicatio, passio, mors, ejusque sacrificium tum cruentum tum incruentum, pro remissione peccatorum et perpetuâ omnium populorum fœlicitate oblatum.

Liber canonicus odarum vulgò dictus Xi Kim, constat quatuor partibus. oda, cujus expositionem hic faciendam suscepimus, est in 3ª parte dictâ Ta ya, ex illis scilicet, quæ sub communi titulo Sem min, agunt de generatione populi dynastiæ cheu, hoc est juxta sensum obvium et litteralem. nam si earundem allegoricum seu mysticum aut sacrum sub litterali occultum spectes, videntur reverâ agere de regeneratione seu renovatione generis humani, siquidem dynastia cheu, prout alibi ostendetur, videtur figura Ecclesiæ in lege Evangelicâ universaliter spectatæ.

Prædicta oda continet veluti brevem et prodigiosam historiam cujusdam viri sancti nomine Heu ciē, quem chronicum facit fratrem Regis yao, sub quo fertur diluvium contigisse, utpote, uti contendunt, ex eodem Patre, tertio scilicet quinque Imperatorum outi, cui nomen Ti co; at ex diversâ matre dictâ Kiam-yuen. omnes Annalium scriptores statuunt Heu ciē pro primâ radice genealogicâ dynastiæ cheu; à cujus fundatore Ven vam seu vû vam numerant ascendendo 28. generationes; eique unanimiter acceptam referunt agriculturam et artem conficiendi vini, atque eo nomine memoriam ejus — reverentur tanquam vitæ hominum servatoris. unde ei inditum est — nomen heu cie, præfectum rei agrariæ significans, seu granorum præsidem, nam prima ejus nominis littera heu significat principem seu præsidem, secunda verò ciē exprimit primam quinque granorum speciem, quibus hominis vita sustentari solet, nempe frumentum seu triticum, ciē naï ou cou chi cham.

后 héu 稷 ciē

稷乃五穀之長

Omnes Interpretes tribuunt eidem heu cie primam Institutionem Sacrificiorum panis et vini, pro quibus conficiendis aiunt terram germinasse optimum grani genus, ab ipso cœlitus acceptum, deinde per totum orbem disseminatum. ex quâ, uti ex præcedenti traditione sequitur, hunc fratrem Regis yao à Sinis reputari primum post diluvium agriculturæ magistrum, et vitis satorem seu vini Inventorem ac sacerdotem, sicuti Noëmus habetur pro tali ab Hebræis, nec non pro Melchisedecho, à quo cœpit oblatio munda panis et vini offerri. qui duplicis traditionis de Noëmo et Melchisedecho in unâ heu cie personâ concursus, videtur proximè accedere ad hanc satis communem inter hebræos opinionem, quæ Melchisedechum, cum primo post diluvium sacerdote Noemo, vel Sem ejus filio confundit.

Sed, quod dignum est majori observatione, cùm veteris Sinenses, qui veteris sui chronici mysteria propiùs attigerunt, nullam genealogiam humanam agnoscant in ~~suo~~ suo Heu cie, sicuti textus sacer nullam agnoscit in personâ Melchisedechi; et ejus originem verè cælestem ac sine patre similiter faciant, uti mox patebit; videtur sine temeritate dici posse, Sinas in personâ sui Heu cie, cui tribuunt primam Institutionem sacrificii in pane et vino, agnovisse primatum sacerdotii proprium Melchisedechi ante ipsos hebreos, nempe statim post diluvium; cùm hebrei saltem antiqui, utpote adhærentes computo septuaginta Interpretum, a nobis postea stabiliendo ut certo et indubitato; Melchisedechi tempora ponant plusquam duodecim sæcula post diluvium: et traditiones Sinenses etiamnum exhibere in illo suo heu cie, egregium typum et figuram illius, qui juxta S. paulum sempiternum habet sacerdotium; qui solus est sine genealogiâ, neque initium dierum neque finem vitæ habens; illius, inquam, de quo psalmista multo antè cecinerat, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Cujus sacri Typi veritas et certitudo, mox, ut spero, ita elucescet in expositione mysteriorum singularum stropharum præsentis odæ, ut nullus superesse possit dubitandi locus. quippe hæc oda in serie octo stropharum, quibus constat, refert singillatim de personâ heu cie, octo diversa mirabilium capita, quæ singula videntur ita divina, & solius Christi Salvatoris propria; ut his omnibus in solo heu cie conglobatis, nemo possit in eo non agnoscere veluti perfectam et adæquatam veri Melchisedechi seu Messiæ Redemptoris figuram. quod nè quis cum insolenti exaggeratione à me dictum existimet, nunc id ex singularum stropharum odæ explanatione ostendamus, adhærendo quoad fieri poterit antiquioribus et melioris notæ Interpretibus et *commentariis ⊛

1

詩經大雅生民之什八章。

① 首章 ㊂經 厥初生民。時維姜嫄。生民如何。克禋克祀。以弗無子。履帝武敏歆。攸介攸止。載震載夙。載生載育。時維后稷。

(1) ~~Prima~~ Prima hujus odæ strophâ describit modum mirabilem ac cælestem, quo casta Kiam yuen, concepit filium suum Heu cie, verum vitæ Auctorem, et primum universæ dynastiæ cheu populi parentem. Unde, quia Kiam yuen est mater heu cie si hic Typus est Regeneratoris hominum; illa consequenter censeri debet figura B.mæ Virginis, quæ, ut ait S. Epiphanius, gignendo viventem seu vitæ auctorem, facta est mater viventium. Ratio porrò qua hæc filium suum concepit ita se habet, quantum intelligitur ex ipso textu et etiam ex ipsis Interpretibus, qui etsi gentilismi tenebris obcæcati, et sensus litteralis cortici planè addicti, plærumque non adeò longe aberrant a divino odæ Auctoris sensu; et ubi manifestè aberrant videntur tantillo sacræ traditionis lumine in subsidium admoto, facillimè et sine ullâ violentiâ posse ad sensus veritatem revocari. Kiam yuen ait textus, propter suam virtutem et sanctitatem, digna erat quæ vota faceret supremæ Xam ti Majestati, eique offerret salutiferum sacrificium Kiao mê seu cao mê, institutum scilicet pro petendâ illâ cælesti prole, seu eo sancto filio (qui solus potest populi sui languores curare) Propter cujus sancti filii defectum, Kiam yuen graviter infirmata et sollicita, cum se ad dicti sacrificii oblationem accingeret; tunc cælestis sui sponsi

⊛ Inter veteres commentarios, sequemur potissimum illum qui sub titulo Xe San Kim complectitur plures alios diversis nominibus distinctos nempe, (chou) (chuen) (cien) (Xu) (chim y) (mao Xe)

voluntati et decreto unicè intenta, sacrisque ejus vestigiis sedulò insistendo, subitò sensit casta sua viscera divini spiritus illabentis virtute sic commoveri, ut illicò conceperit filium suum heu cie

Nemo, credo ~~erit~~, qui legendo hujus strophæ expositionem, in eâ facilè non agnoscat descriptionem satis fidelem Incarnationis Verbi divini in visceribus B.mæ Virginis mariæ. Sed vereor, nè qui non legerunt nisi textum hujus odæ cum aliquâ nimis vulgari et litterali explanatione quorundam viliorum Interpretum; statim arguant hanc nostram summæ et manifestæ Infidelitatis, præsertim quoad duo ~~vg~~ 1.° quod hic videamur supponere Kiam yuen fuisse Spiritualem Xam ti sponsam; nec ullum habuisse consortem thori conjugem inter homines: cùm tamen vetus chronicum ferat Imperatorum Ti co fuisse verum illius sponsum, eamque habuisse comitem in communis sacrificii solemnitate. 2.° quod fingamus eam concepisse solâ divinâ virtute, et sine ullo viri consortio; cùm juxta idem chronicum, tam constet Imp.rem Ti co fuisse Patrem Heu cie, quàm certum est Kiam yuen fuisse ipsius matrem.

○尊號表云道合天謂之皇德合地謂之帝皆至尊之殊號極美之大名。

○通鑑辨疑云秦漢學者競稱三皇五帝而不知古無其人。

Ut unico responso simul satisfaciamus utrique hujus objectionis parti, rogandus est Lector, ut hic revocet in memoriam ea quæ anteà observavimus de sensu symbolico veteris chronici, de multiplici Xam ti appellatione, diversis San hoam, outi idest trium monarcharum et quinque Imperatorum nominibus designati; ac de nullitate horum octo heroum existentiæ. Quibus suppositis ut certis apud Sinarum doctores: cùm Imperator Tico, qui objicitur fuisse maritus Kiam yuen & verus pater heu cie, censeatur tertius è quinque Imperatoribus ou ti; sub hujus appellatione Scias non alium designari pro sponso Kiam yuen et Patre heu cie, quàm ipsum Xam ti. Eadem de causâ quamvis quidam levioris penetrationis Interpretes scripserint, Kiam yuen in sacrificio nonnisi comitatam et subsecutam esse Imperatorem Tico, pedibus suis illius vestigia terendo; hoc nè ita ad litteram et secundùm verborum corticem ~~ita~~ intelligendum putes; sed potiùs cum celebri commentario Xu et aliis, dicamus Kiam yuen in ipsâ sacrificii sui oblatione cum perfectâ cordis rectitudine ac puritate, intentam divinis Xam ti consiliis, ac veluti fidelem sponsam in omnibus cælestis sui sponsi beneplacito et voluntati se conformare nitentem assiduè obsecutam esse. tam sü kiao meu chi Xi, yen Xam ti ta Xin chi cië. Kiam yuen in cië Kien chi, sui lin cü ti cië. & Deo ut addit commentarius cien non minoris notæ. Altissimi sponsa Kiam yuen sollicita propter filium (Dei mundo promissum) nondum obtentum, cum illum purissimo cordis sacrificio petisset; hoc sacrificium tam acceptum fuisse apud Xam ti, ut ipsi filium (desideratum gentibus) concesserit. Xam fei Kiam yuen uei yen cü, cou yen sü Kieu cü; Xam ti tan gan Ki ci sü, El yu chi cü.

㊟疏 當祀郊禖之時。有上帝大神之迹。姜嫄因祭見之。遂履此帝迹拇指之處。

㊟箋 上妃姜嫄未有子。故禋（謂精意以享之謂禋）祀求子。上帝大安其祭祀。而與之子。

Ipsemet chu hi inter neotericos Interpretes tantopere æstimatus, videtur adhuc clarius loqui de hoc mirabili Heu cie conceptu, quem sic totum tribuit soli virtuti divinæ, ut ab hoc excludat omne viri consortium; velitque hunc fuisse omnino supernaturalem, idem asserendo de Sié fratre heu cie, qui est alter messiæ salvatoris typus, et habetur pro trunco dynastiæ Xam, sicut heu cie est truncus dynastiæ cheu, ~~Cie~~ Sié Kiai tien sem chi El; fei yeu gin tao chi can; fei co y cham li lun yê.

〔朱熹〕稷契皆天生之耳。非有人道之感。非可以常理論也。

Alter non ignobilior commentarius nomine Si Kiam, brevius nec minus clarè idem mysterium expressit. Xam ti virtute, inquit, adveniente, Kiam yuen illicò contra legem humanam concepit. Xam ti Kiam Ké, cie yeu Xin El, vû gin tao. Sed commentarius chim y videtur loqui adhuc ~~loqui~~ cum majori energiâ, et stylo textui Evangelico magis affini; his ferè verbis. Siquidem Heu cie virtute ex alto conceptus est, non potuit habere patrem, quippe soboles à Deo procreata, cum procedat à virtute divini Spiritûs illabentis, censeri non potest viri conjugis opus. Uno verbo Inter homines nullus unquam genitus est tam mirabili modò, quàm heu cie. Can sem, cê pu té yeu fu. Sem tien chi in. tien ti chi Ki, Xin lim so sem: fan gin chi sem, pu jû heu cie. Ubi observabis, quamvis hic commentarius asserat nullius hominis conceptum seu generationem esse similem generationi heu cie; hoc dictum non esse oppositum asserti-oni chu hi modò citati, et affirmantis, generationem fratris heu cie esse illius generationi planè similem. Siquidem, ex antè præmissâ dissertatione de sensu symbolico veterum traditionum, cùm omnes illi Sancti, seu heroes ibi laudati singuli seorsim totidem sint diversi tantùm typi Ideales, unius messiæ salvatoris, non debent omnes simul reputari nisi unica persona realis, per diversa nomina præfigurata, juxta effatum antea citatum cien xim y gin, cien cou ye ge.


〔析講〕上帝降格。郎有身耳。無人道。

〔正義〕感生則不得有父。有父則不得感生。天之亂。天帝之氣。神靈所生。不由夫而生子。凡人之生。不如后稷。

〔易或〕千聖一人千古一日

Verbi divini Incarnationem hoc mirabili heu cie conceptu fuisse præfiguratam, mirum in modum confirmant natura et circumstantiæ mystici illius sacrificii, cao mê seu Kiao mê, cujus oblatione casta Kiam yuen traditur obtinuisse hunc suum filium. Nam juxta id quod legitur in libro rituum li Ki, et in ejus veteri commentario de sacrificio Kiao mê; In loco solennis Xamti cultûs dicto nan Kiao, erat statio seu altare dicatum Mediatori sub titulo Kiao mê, cujus spiritui offerebatur sacrificium simile ipsius Xam ti sacrificio, pro liberando genere humano à suis calamitatibus. præterea tempus huic sacrificio destinatum erat ipsa dies æquinoctii verni, eâ scilicet quâ impletum est mysterium Incarnationis, id est ut fert traditio rituum modò allegata, ipsâ die adventûs mysticæ Avis hiuen niao seu hirundinum, ut ait vulgus Interpretum, quæ avis, etsi hominis amica et libenter nidificet ac prolem educet sub ejus tecto, et ideo sit verè symbolica adventûs divini hospitis cujus deliciæ sunt esse cum filiis hominum, et ideò vocari voluit Emmanuel; nihilominus, nomine illius mysticæ avis hiuen niao, potiùs intelligendã putem columbam, quæ est verum symbolum Spiritûs Sancti, cujus operatione completum est mysterium Incarnationis,

〔禮月令〕是月也。仲春之月。玄鳥至之日。以太牢祀于高禖。〔註〕古有禖氏祓除之祀。位在南郊。禋祀上帝。則亦配祭之。故又謂之郊禖。



die æquinoctii verni, cum quâ et cum toto hoc divino mysterio columba videtur habere multò majorem connexionem, quàm hirundo, uti patet ex simplici inspectione veteris planisphærii nostri, in multis cum antiquo sinico convenientis; et multa sacra mysteria ad Incarnationem et Redemptionem spectantia æquè ac sinicum involventis. Siquidem cum sydus columbæ olivæ ramum ~~ore~~ gestantis, in planisphærio sectionem vernam occupat; tunc sydus miê-cum, seu virginis, verum cæleste dei paræ symbolum, et veræ figura matris heu cie in spicâ, quæ est major illius stella, pulcherrimè adumbrati ~~figura~~, dominatur seu culminat in sectione australi respondente nan Kiao seu cæli loco, quo sacrificium salutiferum Kiao mê seu cao me offerri debebat a primâ antiquitate, tam supremæ Xam ti majestati, quàm ipsi mediatori, similis sacrificii ritu æquiparato illi, quem sinæ omnes ~~uti~~ antiqui æquè ac hodierni ~~[illegible]~~ nobiscum agnoscunt, non habere sibi æqualem. mysticâ et reciprocâ horum duorum syderum, nempe miê cum seu virginis, et hiuen niao seu columbæ constitutione, cælum contemplantium oculis clarissimè exhibente mysterium Incarnationis, non minùs clarè adumbratum per mirabilem heu cie in virgineo Kiam yuen suæ matris utero conceptum. (*)

{ miê cum 閟宮 Signum virginis }

{ hiuen niao 玄鳥 Sydus columbæ }

(*) quicumque attentè contemplabitur in planisphærio hanc cæli constitutionem; in signo virginis australem meridiani partem tenentis, facilè agnoscet Isaïam, S.tum Joannem Evangelistam, imò et ethnicum poëtam simul huc respexisse; cum primus scilicet prophetando dixit: dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet et pariet. (Isaï. cap. 7.) Secundus verò in hoc eodem mysterio aliud prænuntians scripsit. Et signum magnum apparuit in cælo: mulier amicta sole. . . . Et in utero habens . . . Et draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, ut cùm peperisset filium ejus devoraret. (Apoc. cap. 12.) quæ draconis dispositio simul observatur in eadem cæli constitutione. Demum ethnicus poeta nonne æquè clarè de eodem cecinit hoc prophetico disticho. Jam redit et Virgo, redeunt Saturnia Regna. Aurea progenies cælo demittitur alto.

heu cie … rmatur ex … upter duas … , sive sextam … uæ litteræ … arnationis … o perfectam Kiam yuen … ejus … i sanguinis … ralis templi, … tus humanæ … e Xe mei mei. … aï. … ugusti nominis … Ti adhibeat;

mirum profectò, quod non nulli Interpretes, mystici et sacri sensûs prorsus ignari, hanc litteram Ti veluti somniando sumpserint pro nomine Imperatoris Ti co, et ab iis more humano spectati, tanquam mariti Kiam yuen, et verum patrem ejus filii heu cie, quem turpissimum errorem celebriores Interpretes egregiè et unanimiter confutant. Hinc commentarius chim y, corticales illos ut ita dicam, expositores redarguens ait. Si heu cie est fructus communis conjugii Ti co et Kiam yuen, cur odarum Auctor non laudat nisi virtutes ac merita solius matris, nullâ factâ patris mentione? Simili circiter ratiocinio commentarius cien, contra eosdem rectè concludens ait. Siquidem oda miê cum expressis verbis ipsum Xam ti exprimit, dicens divinam ejus majestatem requievisse in personâ Kiam yuen propter intemeratam ejus virtutem ac puritatem; hancque ita genuisse filium suum heu cie; gratis dicitur Kiam yuen fuisse sponsam, et heu cie filium ~~filium[illegible]~~ Imperatoris cao sin, seu Ti co.

〔詩經閟宮〕〔經〕閟宮有侐。實實枚枚。赫赫姜嫄。其德不回。上帝是依。無災無害。〔箋〕其德貞正不回邪。上帝是依姜嫄。以生后稷。故以帝為上帝。

〔正義〕姜嫄不得為帝嚳之妃。帝嚳聖夫。姜嫄正妃。配合生子。人之常道。則詩何故但歎其母。不美其父。而云赫赫姜嫄。其德不回。上帝是依。是生后稷。〔箋〕且鄭以姜嫄非高辛之妃。自然不得以帝為高辛之帝矣。

(蘇氏)曰.麒麟之生.異于犬羊.蛟龍之生.異于魚鱉.物固有然者矣.神人之生.而有異于人.何足怪哉.

Nihilominus, quia supersunt adhuc non pauci inter philosophos Sinas, qui cœlestem hunc sine viri consortio concipiendi modum præfractè negent, ut pote naturæ legibus plane oppositum; et contendant heu cie fuisse pariter filium Imperatoris Tico et ejus sponsæ Kiam yuen: Idcirco alii scriptores, sicuti sou xe adhibitis comparationibus, conati sunt divini hujus mysterii possibilitatem et veritatem suadere. Si, inquit, Auctor modò appellatus, species sive unicornis dicti Ki lin, sive serpentis dicti Kiao lum, indolis pariter mansuetæ præ cæteris animantibus; quâ de causâ uterque habetur pro symbolo Sancti (Reparatoris) hominum mitissimi; si, inquit prædictus Auctor, utrumque hoc animal, (quod non est nisi symbolum illius Sancti) habet modum nascendi tam insolentem et diversum a cæteris animantibus, putà à canibus, piscibus, avibus et testudinibus; cur incredibile videatur id quod legimus in antiquâ traditione, de mirabili ac diverso a cæteris hominibus nascendi modo ipsius viri Sancti, per dictum seu unicornem seu serpentem præsignati? Ubi obiter observandum messiam salvatorem per ejusmodi serpentem et unicornem fuisse in sacro textu designatum. dilectus quem admodum filius unicornium. psal. 28.

(箋)肅信二龍實生褒姒.不信天帝能生后稷.是謂上帝但能作妖.不能為嘉祥.長于為惡.短于為善.

Denique propter quandam universim receptam traditionem, de generatione prodigiosâ cujusdam diabolicæ mulieris, quàm simillimæ illi, quam S. Joannes describit sedentem super bestiam coccineam &c. a duobus draconibus in perniciem generis humani editæ; commentarius Cien his verbis increpat eos, qui revocant in dubium, superhumanum heu cie conceptum (pro salute hominum completum). quasi verò, inquit commentarius, maximi et optimi Xam ti potestas, major existimanda sit pro hominum ruinâ et destructione, quàm pro eorundem salute et ædificatione! Xe guei Xam ti, tan nem ço yao, pu nem guei Kia siam. cham yu guei ngo, toèn yu guei xan.

Non facilè finem inveniremin expositione hujus primæ strophæ, si vellem hic congerere, quæcumque occurrunt in similibus commentariis verè notatu digna, et cum incomprehensibili Incarnationis mysterio planè consentanea. Sed quoniam huc usque allata videntur abundè sufficere, jam ad cæterarum explanationem procedamus.

11

(詩經大全)慶源輔氏曰.首章言其受孕之祥.此章言其降生之異.受孕既本于天.則降生必異于人也.

(11) Magnus commentarius ta ciuen libri odarum in expositione 2.ae strophæ præsentis odæ, post alium Auctorem nomine Kim yuen fu, comparando hanc stropham cum primâ, genuinam utriusque ideam et diversitatem sic paucis exprimit. Prima, inquit, stropha enarrat mirabilem et fælicissimam heu cie conceptionem: hæc verò ejus nativitatis prodigium. unde cum ejus conceptio sit divina, idcirco ejus nativitas est superhumana. xeu cham yen Ki xeu yun chi siam. çù cham yen Ki Kiam sem chi yẽ. xeu yun Ki pen yu tien, çẽ Kiam sem piẽ yẽ yu gin yê.

Mirabilis porrò et superhumana heu cie nativitas, in hac 2.a strophâ descripta, consistit in perfectâ et mirabili ejus similitudine cum ipsâ nativitate christi salvatoris ex B.ma virgine; quæ, ut legitur in evangelio et fides ipsa docet, cùm impleti essent dies ut pareret, peperit filium suum

(11) 二章 (經)誕彌厥月.先生如達.不坼不副.無菑無害.以赫厥靈.上帝不寧.不康禋祀.居然生子.

primogenitum mediâ hieme, nempe decimo mense (circa solstitium hybernũ) hoc est novem menses post fælicissimum ejus conceptum, cum summâ facilitate, et sine levissimâ virgineæ suæ integritatis læsione. qui virgineus et faustissimus partus ipsam replevit omni benedictionum genere, et fuit insuper causa gaudii magni, quod evangelizatum est omni populo, uti constat ex ipso textu et expressis diversorum commentariorum verbis.

ô res mirabilis! Sunt verba ipsius textus. Cùm Kiam yuen implevisset numerum mensium suo partui determinatum, tunc peperit filium suum primogenitum, cum eâ facilitate, quâ ovis parit suum agnellum, sine ullo dolore aut læsione virgineæ suæ integritatis. quis considerans partum tam facilem ac fortunatum, non agnoscat Xam ti animi sui delicias posuisse in fortunatâ heu cie matre, et purissimi ejus cordis sacrificium, fuisse pergratissimi odoris in conspectu ejus divinæ majestatis.

閟宮 (經)彌月不遲.是生后稷.降之百福.

Alterius odæ miẽ cum anteà citatæ textus, in eundem ferè sensum loquitur de nativitate heu ciẽ, tum quoad tempus tum quoad fælicitatem, propter quam utramque circumstantiam christi nativitatis propriam et essentialem; hæc in heu cie nativitate fuisse certò adumbrata, necessariò concluditur. quoad circumstantiam utramque textus ait, post impletum numerum mensium a conceptu ad partum interjici solitum, statim matrem heu cie suum filium sine morâ edidisse, eámque hoc fausto partu fuisse omni genere benedictionis cumulatam. In hoc loco commentarius cien comparando tempus conceptionis heu ciẽ affixum diei æquinoctii verni, mysticæ avis adventûs signo precognitæ; cum tempore ejusdem nativitatis cadentem in mensem decimum prope frigidæ hyemis dimidiũ terminum, seu circa brumale solstitium; novam et pulchram nobis præbet ansam concludendi, ex perfectâ conformitate utriusque epochæ conceptionis et nativitatis heu cie, cum utrâque epochâ conceptionis et nativitatis christi domini; personam tum ipsius heu cie, tum ejus purissimæ matris, non debere spectari, nisi tanquam eximiam ejusdem christi domini et ejus divinæ matris figuram.

(箋)終人道十月而生子.姜嫄以元鳥至月而禋祀.在母十月而生.稷.其生至當冰月.鳥覆翼之.鳥乃去矣.后稷呱矣.

Dices graviores interpretes aiunt Kiam yuen peperisse heu cie decimo mense à conceptu evoluto, qui decem mensium numerus si computetur ab æquinoctio verno, qui fuit dies conceptionis heu cie, usque ad ejus nativitatem, hæc debuit contingere unum circiter mensem post solstitium hibernum; nec potuit coïncidere cum epochâ nativitatis salvatoris nostri. Ut satisfiat huic objectioni, sciendum est antiquitùs ejusmodi computos pertinentes ad diversos gradus ætatis hominis fieri solitos per septenarios, et menses tunc adhibitos fuisse periodicos, hoc est quatuor hebdomadum seu viginti octo dierum, cujus generis menses decem, non nisi quatuor aut quinque diebus ad summum excedunt numerum dierum novem mensium solarium. cujus asserti veritas intelligi potest ex eo quod legitur capite 7.o libri sapientiæ. decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine. quod videtur minimè posse intelligi nisi de mensibus periodicis, quorum decem sunt ferè æquales novem solaribus.

111

黄東崖曰此詩首言受孕之異。次言降生之異。又次言見棄之異。以見其受命于天。

(III) Hujus odæ Interpres nomine Hoam tum yen distinctè et paucis perstringens trium priorum Stropharum sensum ritè dixit, in primâ relucere prodigium conceptionis heu cie; in 2.ª prodigium ejus nativitatis; et in 3.ª prodigium ejus abjectionis. Unde intelligitur hunc fuisse à deo missum, seu dei mandato venisse in mundum pro hominum salute, y Kien Ki xeu mim yu tien. Sed licet prodigium abjectionis heu cie descriptum in hâc 3.ª strophâ, hunc faciat coràm hominibus plane obscurum et ignotum; cum ejus divinæ virtutes eò magis resplendeant coràm oculis sui patris, quò major est hujus abjectionis gradus: ideò hoc 3.um prodigium jure dici potest majus, quàm duo præcedentia. hinc prisci sapientes non indecorum judicarunt hunc appellare nomine Ki summam hanc ejus abjectionem testante, eodem scilicet sensu, quo Regius propheta in persona christi loquens, et summum ejus virtutis ~~apic~~ apicem attingens, dixit Ego sum opprobrium hominum & abjectio plebis.

Ki 棄

Cùm autem omnium prodigiorum vitæ heu cie, quæ descripta sunt in octo hujus odæ strophis, summa abjectio ejus infantiæ, quæ in hâc celebratur, meritò omnium maximum videatur, ideò tres priores illius versiculi, quibus triplex abjectionis gradus in prodigiosâ heu cie humilitate relucens exprimitur, singuli præferunt particulam tan! quæ est vox, seu littera summæ admirationis, et signum rei incredibilis. cùm non nisi semel hæc reperiatur initio aliarum putà 2.æ 4.æ 5.æ 6.æ et 7.æ quæ singulæ videntur similia prodigia continere. Tres porrò prodigiosæ illius abjectionis gradus in hac strophâ descripti, sunt illi ipsi, quos novem chori Angelorum cum totâ Ecclesiâ mirantur in christi Nativitate; et qui consistunt in totali privatione illorum trium, quæ homines plurimi faciunt, et quibus si se destitutos vident, se tanquam abjectissimos imò ut a deo et hominibus rejectos et derelictos existimant; hoc est in perfectâ privatione divitiarum, honorum, et voluptatum. Eâdem causâ commentarius chuen præclarè concludit, deum voluisse filium suum, verum heu cie nasci in hoc abjectionis gradu, à cæteris hominibus tam diverso, ~~ut magis~~ nempe, ut divinæ ejus virtutis splendor, omnium corda raperet in majorem admirationem et amorem. Tien sem heu cie &c.

誕(註)誕。奇怪驚訝之詞。似不可信。

(傳)天生后稷。異之于人。欲以顯其靈也。

(III) 三章

(經)誕寘之隘巷。牛羊腓字之。誕寘之平林。會伐平林。誕寘之寒冰。鳥覆翼之。鳥乃去矣。后稷呱矣。實覃實訏。厥聲載路。

ô res mirabilis! exclamat Auctor odæ in 1.º 3.æ strophæ versiculo, ubi primùm Kiam yuen peperit filium suum, statim hunc deposuit in angusto, humili et obscuro ruris loco, nimirum inter pecora, ubi non excepit nisi vilia boum et ovium ei blandientium obsequia. Tan! chi chi y hiam, nieu yam pei çù chi. quo nativitatis heu cie, quid quæso magis obscurum et abjectum excogitari potest; aut magis simile deserto antro seu tuguriolo, in quo supremus Cœli dominus veluti rejectus ab omnibus nasci voluit? qui cùm in propria venisset, mundus eum non cognovit, et sui eum non receperunt, sed solus bos et alia ejusmodi campi pecora cognoverunt possessorem suum.

ô res mirabilis! hæc sunt verba secundi versiculi. Kiam yuen statim à suo partu filium suum reclinavit in dedolato sylvæ ligno (seu in præsepe) relictâ fabro lignario ejus alendi cura (matrem scilicet cum filio, laboris sui fructu sustentando. Tan! chi chi yu pim lin, —

fa² hoei¹ pim lin.... quid iterùm similius extremæ paupertati, quam sponte elegit universalis omnium viventium parens, qui singulis abundè suppeditat ad vitam necessaria? nascendo scilicet in ligneo præsepe nec volendo sustentari, nisi ex sudore unius pauperrimi fabri lignarii?

(經)會伐平林。(傳)為人所伐取之。

Interpretes plærique duas litteras pim lin (quas ego juxta stylum poëticum, verti per lignum sylvæ dedolatum, unde præsepe) exponere solent per sylvam sitam in campo plano; sed contendo versionem meam esse magis accuratam, ut pote meliùs congruentem sacro sensui his gentilibus planè ignoto. propter eandem rationem litteræ sequentes hoei fa pim lin, multò rectiùs significant fabrum lignarium cædentem ligna ex arte, et ea coæquantem, uti ego Interpretor, quàm vilissimum lignorum in sylvâ amputatorem, eaque ad comburendum ~~præparans~~ accumulantem, sicut iidem Interpretes vulgò exponunt.

ô res mirabilis! ait idem Auctor in 3.º versiculo, Kiam yuen peperit filium suum heu cie anni mense frigidissimo et in loco gelu concreto; ubi non nisi avium advolantium tenui pennarum calore tenerrima ejus membra foventium, a frigoris asperitate modicè sublevabatur. — Tan! chi chi han pim, niao fu y chi. quid demum similius cum acuto et rigido illo frigore, cujus inclementiam salvator noster nascendo horâ diei et anni tempestate frigidissimâ, voluit experiri in tenello suo corpusculo, tanquam primitias omnium pœnarum et dolorum, quæ pro omnibus generis humani peccatis sustinenda susceperat, vix permittendo cœli avibus, seu Angelis è cœlo turmatim advolantibus, pro levi demonstratione sui obsequii, tantillo calidioris halitûs afflatu trementia frigore membra sua recreare!

Atque hoc ipsum clarè præfiguratum sese offert in 4.º ejusdem strophæ versiculo, cujus sensus sic ferè habet. quæ ad fovendos rigentes Heu cie artus advolaverant aves, sine morâ avolaverunt: ac ita tenello ejus corpore earum fomenti lenimine privato, et confixo frigoris acumine, incœpit heu cie more infantium, quos premit acutus dolor, ejulare et clamare. Niao nai kiu y, heu cie cou y. qui clamores etsi verè Infantiles, videbantur tamen spirare aliquid supernaturale ac divinum, uti insinuat ipsa glossa reddendo vocem cou, quæ significat plorantis clamorem, per vocem seu litteram Ti, compositam ex duabus aliis, ~~nempe~~ nempe Ti, ~~Xa~~ propriâ ipsius xam ti, et Keu significante os vocale, quæ littera composita exprimit vocalem xam ti ejulantis sonum, ~~seu dei plorantis clamores~~, seu potiùs Infantiles verbi abbreviati et patientis clamores, instar vocis Evangelicæ per vicos et plateas latè diffusæ et moventis peccatores ad pœnitentiam. Xe tan, xe hiu, kiue xim cai lou.

(經)后稷呱矣。(註)呱。啼聲也。

帝口 啼

quintus enim et ultimus hujus strophæ versiculus, exprimit vim divinæ illius et Infantilis vocis, se se longè latèque quaquaversum diffundentis, et veluti potenti eloquio duriora adamante hominum corda emollientis et ad sui deique patris amorem allicientis. quam piam et merè christianam Interpretationem,

(經)厥聲載路。(大全)言其聲之大也。

(大全) 豐城朱氏曰。人同類者也。而無不有愛護之意。以見天之所生。固非人之所能棄也。

quicumque a me gratis confictam suspicatus fuerit, legat expositionem docti sum chim chu in hunc textum hic allegatam in magno comentario ta cinen, ubi sic loquitur: gin tum lui che &c.

IV.

(IV) Quarta Stropha attingit id quod mirabilius observatum est in personâ heu cie, ab ejus nativitate usque ad finem ejus adolescentiæ, hoc est, ut fert commentarius xu, res quæ spectant ejus ætatis incrementum, ab Infantili scilicet usque ad virilem. Alter Interpres in magno commentario ta cinen, nomine hoa cou yen ait quatuor præsentis strophæ versiculis describi miram heu cie in totâ juventute propensionem ad plantandum & serendum. quod certè cum vulgo Interpretum minimè intelligi debet de vili & rusticâ agriculturâ, quæ non alium finem sibi proponit, præter animalem vitæ humanæ sustentationem; sed de cælesti seu spirituali illâ agriculturâ aut cordis culturâ, cui solus præesse potest Pater cælestis, verus sacri illius soli Agricola. cùm ipse liber canonicus rituum, Li ki dictus, doceat expressis verbis solum seu agrum, in quo Heu cie toto vitæ suæ tempore exercuit cælestem suam plantandi et serendi artem, non aliud aut alium fuisse, quàm ipsum cor hominis. y gin sin, quei tien. Nam cor hominis est veluti ager ipsi a deo traditus, ut omnes in eo plantent cælestia divinæ legis et omnium virtutum semina &c. Cujus agri fertilitas in omni genere bonorum operum, sola potest animi vitam fovere, vires spiritûs corroborare, plenámque afferre desideriorum satietatem, ac perfectam illam fælicitatem, quâ commentarius xu modò allegatus ait heu cie cumulatum fuisse, propter summam ejus in hâc divinâ arte dexteritatem, nunquámque interruptam assiduitatem. Tien xin yeu hia y pe chum chi fō. huc enim revocandum est totum hujus mysticæ strophæ prodigium. vulgari Rusticolarum agriculturâ non merente recenseri inter omnia alia hujus odæ prodigia, utpote superhumana ac divina.

(疏) 言后稷實以漸大。言差大于呱呱之時也。

(大全) 華谷嚴氏曰。四章述稷幼好種殖之事。

(禮記) 論后稷云。以人心為田。

(禮運) 人情以為田。(註) 治人情如治田。不使稊稗害嘉穀。言不以邪害正也。

(疏) 云。天神又下與之以百種之福。使之有明哲之性。曉稼穡之事。

Hinc mirum non est, quod odæ Autor stropham hanc cum eâdem admirationis formulâ exorsus, ac præcedentes et subsequentes, his verbis celebret incredibilem et cælitùs inditam ad plantandum et serendum heu cie propensionem, quæ communi Rusticolarum agriculturæ nullatenùs competat. Cùm autem quatuor versiculi, quibus dicta stropha constat, nil aliud significent quàm istud mirabile in heu cie rei agrariæ studium; quid opus est hic distinctam singularum explanationem proferre! Tantùm hoc unum videtur attentè observandum, quod chu hi appositè animadvertit, tantam scilicet Heu cie ad agriculturam propensionem, ipsi cælitus, id est a Deo specialiter inditam esse, heu cie nem xe xi, yë yeu chum chi chi chi. caï ki tien sim gen yê.

(IV) 四章 (經) 誕實匍匐。克岐克嶷。以就口食。蓺之荏菽。荏菽旆旆。禾役穟穟。麻麥幪幪。瓜瓞唪唪。

Sed quod commentarius cien hic observavit de sapientiâ heu cie ac singulari ejus peritiâ in hac cælestis agriculturæ arte, in eo gradatim crescente cum ætate, est profectò dignum longè majori attentione, utpote prorsùs consonans cum paucis illis similique mysterio plenis verbis, quæ sola de christi gestis leguntur in Evangelio, nempe lucæ capite 2°. ab ejus pueritiâ, cum esset annorum duodecim, usque ad

trigesimum ejusdem ætatis annum, his verbis. et Jesus proficiebat sapientia et ætate et gratiâ apud deum et homines. qui christi domini apparens progressus in sapientiâ et virtute tribui non potest, nisi studio in dies apparenter crescenti culturæ cordis et omnium virtutum maximè personalium et domesticarum, uti constat ex eo, quod Evangelista ibidem immediatè ante prædicavit de continuâ ejus subjectione et obedientiâ erga S. Josephum et B.mam Virginem suam matrem toto hoc 18 annorum curriculo, dicens, et descendit cum eis, et venit in nazareth, et erat subditus illis. Et mater ejus conservabat omnia verba hæc in corde suo, scilicet tanquam maximè sublime, et plane divinum culturæ cordis seu cælestis agriculturæ exemplum hic in personâ heu cie pulcherrimè adumbratum, uti facilè intelligitur ex his notabilibus dicti commentarii verbis. chi xé cien sem. so chi çaï yu sin xin.

(註) 言后稷能食時。已有種殖之志。蓋其天性然也。(箋) 智識漸生。所知在于心神。故云岐岐然。意有所智識。別發于耳目。

V

(V) Antequàm aggrediamur 5.æ strophæ expositionem, ut ejus sensus clariùs percipiatur, et faciliùs observetur series mysteriorum vitæ christi salvatoris in serie stropharum præsentis odæ, veluti historico-propheticè adumbrata: revocandum est in memoriam id quod anteà jam obiter observavimus circa nomen et officium heu cie, qui cùm ab infantiâ usque ad virilem ætatem ex innatâ propensione et cum mirabili studio visus esset unicè intentus cordis et omnium virtutum culturæ; et quoad hanc spiritualem ac divinam cælestis agriculturæ artem, enituisset in eo sapientia verè consummata; ideò dicitur constitutus fuisse magister et præfectus agriculturæ et donatus nomine heu cie, ejusmodi præfecturam seu magistraturam significante, siquidem litterâ cie significat frumentum seu triticum, primum scilicet apud agricolas granorum genus; littera verò heu significat præfecturam. cujus summi momenti muneris partes, quia cum tantâ laude implevit, ut omnes orbis populi per omnes generationes vitæ servatæ beneficium inde dicantur consecuti; idcirco habetur pro liberatore seu auctore vitæ totius dynastiæ cheu. quæ cùm ita sint, si spectes, sive mysticum heu cie nomen, sive ejus officium, sive diligentiam et successum cum quibus administravit cæleste illud munus; et hæc omnia conferas cum sacrâ personâ christi salvatoris; et cum divino ministerio ipsi à suo patre, qui verus est campi ecclesiæ dominus, commisso, propter semen Evangelicum ubique spargendum; et cum labore indefesso ac immenso proventu, cum quibus in arduo hoc ministerio juxta Dei patris sui desiderium, et ultrà hominum omnium vota se impendit; nil certè videtur posse excogitari, quod magis accuratè et adæquate conveniat cum hoc divino nostri omnium liberatore



稷穀之貴者。五穀之長。(鄭剛中) 云。穈麥可餅。西人飽麥。非穈猶飢。

Hoc prænotato intelliges, quo sensu accipi debeat id, quod commentarius xu post celebrem odarum Interpretem mao xe observavit initio 5.tæ strophæ præsentis odæ. quemadmodùm, inquit, stropha præcedens agit de mirâ heu cie ad plantandum et serendum applicatione per totum junioris ætatis decursum; id est de continuâ cordis sui et totius personæ culturâ, omniúmque virtutum exempla in se exhibendi studio: ita in

(疏) 既言后稷為兒時好種田。此後言其為稷官時事也。可美大矣。

詩經甫田大全孔氏曰。神農始教造田。謂之田祖。先為稼穡。謂之先嗇。神其農業。謂之神農。名殊而實同也。

presenti Stropha describi mirabilem zelum et fœlicem successum, cum quo ad virilem ætatem ac rei agrariæ præfecturam provectus, exercuit hujus magistraturæ officium, hoc est, quo se impendit in universali dispersione cœlestis sementis suæ doctrinæ, et in culturâ spiritualis agri qui illam excipiebat. Ki yen heu cie, guei ël xî, hao chum tien. cṳ̄ heu yen, Ki guei cie Koen Xi su yê. Atque ita in præcedentis et præsentis Strophæ ordine elucet præclara divinæ agriculturæ methodus à christo ipso observata, cùm volens exempla præire doctrinæ, primus cœpit facere et docere.

Sed quia, propter summum rei præsentis momentum, convenit nullum omnino dubium relinqui, circa modò stabilitam rationem cœlestem ac spiritualem totius rei agrariæ, ejus profecto heucie commissæ; juvat hic, ~~et~~ pro confirmatione hujus sacri ac mystici seu allegorici sensûs, afferre testimonium commentarii ta ciuen, citantis Interpretem cum xe, odam fu tien, quæ est de primævâ agriculturâ, hanc in sensu allegorico et spirituali exponentem; indéque reddentem rationem, cur xin num, primus scilicet et maximè antiquus rei agrariæ seu agriculturæ magister, vocatus sit nomine xin num, quod significat magistrum agriculturæ spiritualis, sive primum morum institutorem et doctorem. xin num xé Kiau, guei chi tien çou .... xin ~~num~~ Ki num yê, guei chi xin num

(V) 五章

(經) 誕后稷之穡。有相之道。茀厥豐草。種之黃茂。實方實苞。實種實褎。實發實秀。實堅實好。實穎實栗。即有邰家室。

Sensu allegorico et spirituali hujus agriculturæ sic stabilito, jam nil facilius quàm intelligere genuinum et Evangelicum sensum strophæ 5.tæ præsentis odæ. ô quàm admirabilis est Heu cie in tota functione agriculturæ, inquit textus. In hoc (addit commentarius xu) videtur specialiter adjutus esse ab aliquâ supremâ Intelligentiâ. Et verò si oda non ageret nisi de simplici et vulgari illâ agriculturâ, cujus Ars non superat communes colonorum vires; non verò de verâ cordis culturâ, ad quam ex libro canonico ritum revocatur tota ars illa mirabilis heu cie, ab Interpretibus tantopere decantata; hoc est de semine Evangelico, seu ipso dei Verbo, per universum disseminando, haud dubie ab Auctore odæ, prophetico ex spiritu præcognito, æquè ac miranda ejusdem heu cie conceptio et nativitas fuit ab eodem prævisa: cur hic Auctor tam magnificè et instar prodigii extolleret, illam seu Artem, seu virtutem heucie, veluti potentissimo alicujus supremæ Intelligentiæ auxilio corroboratam! Atè contrà, si hic textus intelligatur, uti omnino videtur, de mysticâ ac divinâ illâ agriculturâ, cujus artem sacram, christus salvator noster per se et per Apostolos docuit totum orbem ~~christianum~~, cum tam uberi proventu: quis non agnoscat Auctorem odæ hic voluisse prænuntiare, hoc non potuisse fieri sine omnipotentiâ divini brachii salvatoris, qui est verus verbi Evangelii sator per heu cie adumbratus.

(疏) 后稷之教民稼穡。若有神明相助之道。言種之必好。似有神助。故可大也。又說其若有神助之狀。

Reliquus ejusdem strophæ textus, in quo vox xe fructum seu granum perfectum significans decies repetitur, exponit singillatim totidem diversos bonæ sementis gradus, per quos hæc successivè transit, ab

initio primæ germinationis, usque ad perfectam maturitatem et grani benè maturi è spicâ excretionem. quâ in expositione, Auctor, quantum videtur cœlitùs illustratus, cum integrâ allegoriâ descripsit omnes diversos incrementi gradus, quos semen Evangelicum per virorum Apostolicorum prædicationem in toto mundo dispersum, et in fidelium cordibus receptum, divini spiritûs continuò afflantis gratiâ successivè acquirit usque ad plenam maturitatem, ac donec tandem Regiones albæ ad messem esse videantur.

(箋) 堯時洪水為災。民不粒食。天神多予后稷以五穀。教民播種之。于是天下大有。

(疏) 以此衆穀。徧教下民。同有此穀于天下之土。稷種之同有天下諸國。使民知稼穡之道。民賴后稷之功多。此衆穀命。

Hoc in loco commentarius cien addit, tempore Regis yao, (yao historicè idem est ac noë; symbolicè idem ac Jehovah, qui simili voce iao seu iaω vocabatur ab hebræis, uti demonstratur alio in loco) cum propter generalem diluvii cladem, generi humano non suppeterent grana necessaria ad vitam sustentandam; tunc cœlestis Intelligentia, nempe deus dedit heucie ingentem copiam quintuplicis sementis, quam serendi et excolendi artem ab eo didicerunt homines. unde secuta est uberrima toto orbe terrarum et per omnes regiones abundantia. Cui narrationi subjungit commentarius xu, omnes orbis populos, inde pariter habuisse totam artem agriculturæ; et ideò omnium vitæ conservationem, totamque hominum fœlicitatem niti immensis heu cie meritis. Supposito spirituali et allegorico sensu agriculturæ ab heu cie propagatæ, quivis facilè intelliget de hac, utique, non verò de rusticâ et vulgari interpretandam esse ~~relation~~ narrationem ex duplici commentario hic modò allatam

(箋) 以此成功。堯改封于邰。就其成國之家室。無變更也。

(傳) 命使事天。以顯神順天命耳。

Denique pro fine Expositionis hujus 5.tæ Strophæ, commentarius cien concludit, cùm Heucie suam rei agrariæ magistraturam gessisset cum summâ laude, tunc ipsum meritis plenum decoratum esse à magno yao duplici glorioso, Regis scilicet et sacerdotis titulo, quo divino cultui, et populi gubernio in perpetuum sine ullâ mutatione censetur consecratus. quod non minùs ac præcedentia videtur competere christo domino, qui completo prædicationis Evangelicæ et suæ magistraturæ curriculo, deo ita volente ante finem vitæ dictus est et agnitus pro Rege et sacerdote, sed cujus Regnum non esset ex hoc mundo, et sacerdotium esset sempiternum. verùm ad evitandam confusionem, dicendum est sacerdotium heu cie pertinere potiùs ad stropham sequentem.

VI.

(VI) Mao xé odarum Interpres præcipuus, initio sextæ Strophæ observavit, hanc agere de iis quæ pertinent ad magnum et salutare sacrificium cœlo archetypo, id est deo supremo destinatum, dictum Kiao su: tum addit ibidem, quia heu cie excellebat in arte agriculturæ, hunc eâ de causâ cœlitùs à deo accepisse optimam sementem pro materiâ et præmitiis dicti sacrificii. quibus verbis Interpres allegatus serè adæquatè reddidit integrum sensum in textu præsentis Strophæ contentum; exceptâ tantum diversitate quatuor specierum optimæ illius, sementis, quam verba textûs ferunt è cœlo delapsam venisse in potestatem heu cie, quia scilicet earum diversitas nunc videtur parùm nota. Nihilominùs, qui rem diligentiùs discusserunt, duas species pani, duas species vino conficiendo destinatas

(疏) 毛以為此言其祭天之事。可美大矣。后稷善能于稼穡。上天乃下善穀之種。與之使得種。以此祭祀。天與之穀。是可大也。以此秬秠穈芑之穀。而歸始郊祀于上天也。

箋 釋之烝之為酒及簠簋之實。

正義 曰酒則豫釀而成食則臨祭乃作。

suisse consentiunt: atque adeò primam sacrificii seu oblationis Institutionem factam esse in pane et vino juxta ~~hæc~~ verba ultimi versiculi hujus strophæ y quei chao su.

Sed quia illud quadruplicis sementis genus, inserviens materiæ illius mystici sacrificii, dicitur habuisse cœlestem originem; mirum non est, quod odæ Auctor initio hujus strophæ, raptus in admirationem, circiter sicuti Israëlitæ, cùm viso miraculo mannæ in deserto è cœlo propter se decidentis, mirabundi exclamabant, manhu, quid est hoc? ~~cœperit~~ visus sit velle lectori offerre Ideam similis miraculi, his quatuor litteris. tan kiam kia chum. Id est ô admirabile et excellens sementis genus! in gratiam heucie è cœlo à Deo missum!

VI 六章 經 誕降嘉種。維秬維秠。維穈維芑。恒之秬秠。是穫是畝。恒之穈芑。是任是負。以歸肇祀。

Quod miraculum, quamvis Interpretes intelligi velint ad litteram quia littera kiam in textu expressè significat lapsum sementis è cœlo; imò commentarius cien addat hoc sementis genus, veluti angelorum manibus paratum, traditum fuisse heucie. xe tien xin to yu heu cie y ou cou, circiter sicuti quidam Interpretes sacri id dixerunt de manna Israëlitarum. Nihilominùs, quia mystica heucie historia tota est allegorica, dicere non dubitabo, prodigiosum hunc quadruplicis sementis grandinem in gratiam heucie delapsum, intelligi quoque debere tantùm in sensu allegorico; et quadruplex illud seminis genus, esse ideam symbolicam quatuor elementorum, tum perfecto temperamento commixtorum in utero B.mæ Virginis, pro formatione spiritûs et sanguinis, ossium et carnis sacri corporis Jesu Christi domini nostri veri heucie, sub hoc mystico nomine olim a sanctis Patriarchis præcogniti, non solùm pro pane cœlesti seu frumento electorum, et pro vino faciente germinare virgines, quibus constat infinitum pretium sacrificii incruenti; sed etiam pro primo et sempiterno sacerdote, unico et vero hujus salutaris ritûs Institutore, in personâ heucie speciatim adumbrato, ut intelligi potest ex commentario antiquiori chu, dicente quod cùm heucie constitutus est Rex, tunc eundem simul factum esse sacerdotem ac præsidem primumque Institutorem sacrificiorum. Heucie xen xenque, quei ci chu, cou yuē chao su. Unde chu hi dixit sacrificia dynastiæ cheu, (quam esse veluti Ecclesiæ figuram anteà insinuavimus) habuisse primam suam originem. cheu chi yeu su, cum çù xe y.

箋 誕降嘉種者。從上而下之辭。是天神多與后稷以五穀也。

註 稷始受國為祭主。故曰肇祀。

朱熹 周之有祀。自此始矣。

VII.

VII Septima Stropha, si audiamus Interpretem mao xe, est de præparatione materiæ sacrificii primò instituti, et de diversis ad illud prærequisitis. Si textum ipsum diligenter attendamus, hæc videtur complecti plura et adhuc majora arcana, quàm præcedentes. quare mirum non est, quod Interpretes magis in hujus, quàm in cæterarum intelligentiâ cæcutiant. Plura tamen, quæ in eorum commentariis passim occurrunt, multùm juvare possunt Interpretem Christianum ad assequendum sacrum mysterii non tam obscurè hîc latentis sensum.

VII 七章 經 誕我祀如何。或舂或揄。或簸或蹂。釋之叟叟。烝之浮浮。載謀載惟。取蕭祭脂。取羝以軷。載燔載烈。以興嗣歲。

Et reverâ tam opportuno subsidio adjutus, mihi videor hîc sine obscuritate deprehendisse quasdam nec leves prænotiones de sacrificio Christi Salvatoris tum cruento tum incruento, in mystico heucie sacrificio ejusque apparatu mirabiliter præfiguratas; nec non de ipso ritu paschali hebræorum à Mose instituto, ad præsignandum utrumque hoc salutare et ineffabile Christi, veri heucie sacrificium.

Non obstante summâ Interpretum quoad hæc ignorantiâ; hujus strophæ textus ab iis non ineptè dividi solet in quatuor partes, quarum aiunt primam esse de præparatione sementis seu grani pro sacrificii materiâ destinati. 2.am de electione diei convenientis pro sacrificii oblatione. 3.iam de jejunio et puritate ad illud prærequisitis. 4.am denique de objecto et ipsâ oblatione ejusdem sacrificii. Juxta cujus divisionis rationem nunc prædicti textûs expositionem pro tenuitate nostrâ prosequamur; nonnihil priùs inhærendo in speculatione quinque litterarum initialium, quibus odæ Auctor stylo admirationis et mysterii pleno loquens, sive in personâ Heucie, sive in personâ ipsius xam ti, qui hîc, ut ritè observat glossa, non sine mysterio veluti in unum confunduntur. Chim xam ti, el yen heu ci chi su yê. quibus, inquam, auctor nomine seu heu cie, seu xam ti exclamans ait. tan ngo su ju ho! ô rem creditu difficilem! quis capiat qualitatem mei sacrificii (tum cruenti tum incruenti)!

註 承上帝而言后稷之祀也。

Ratio autem cur glossa hanc exclamationem interpretetur veluti confusè tum de heu cie, tum de xam ti, est propter litteram ngo, (ego) quæ hîc habet eundem sensum præcisè, atque vox latina, ego, in textu sacro, cùm scilicet Deus sui reverentiam ac debitum timorem hominibus incutere volens ait, Ego dominus, ille nimirùm, qui solus habet potestatem vitæ et mortis, et jus gerendi gladium; qui sacer sensus est vera et genuina significatio hieroglyphica litteræ sinicæ ngo. cujus duæ litteræ partiales denotant tenentem gladium, sive supremum dominium: Et ideò æquè convenit xam ti seu deo patri, ac Heucie seu Christo domino ejus filio; qui cùm et per obedientiam jubente patre; et sponte, hoc est omninò liberè et quia ipse voluit, vitam posuerit et sit oblatus; divinum hoc sacrificium reipsâ tam est proprium dei Patris filium suum unigenitum propter nos immolantis; quàm ipsius filii Dei Jesu Christi se sicuti victimam in holocaustum ultro consumentis.

我 ngo

手 manus

戈 gladius

His prænotatis, dico in primâ parte hujus strophæ describi veluti diversa tormentorum genera, quibus vexatur quadruplex genus granorum materiæ sacrificii addictorum, nempe per contusiones, attritionem, compressionem vel molitionem, pro conficiendo pane et vino,

疏 后稷之祀天。其禮如何。先以所得秬秠穈芑之粟。或使人在碓而舂之。或使人就臼而抒之。或使人簸揚其糠。或使人蹂踐其黍。言其各有司存。並皆敏疾也。

qualia requiruntur pro sacrâ et vivificâ oblatione. quo diverso torturæ genere, ut ita loquar, quid cogitari potest aptius et magis consonum cum sacro prophetarum christi patientis cruciatus describentium stylo? aut quid magis ad vivum repræsentare posset diversitatem et acerbitatem suppliciorum, quibus christus Redemptor noster verus heu cie, id est frumentum Electorum, et uva sacrificio matura sponte voluit torqueri; et modò veluti ca[...]m in dentibus moli, modò veluti sub torculari comprimi; ut pretiosam carnis et sanguinis massam integram, tot exquisitis tormentis planè subactam et maceratam, deo Patri offerret in holocaustum et odorem suavitatis.

At quoniam ^capita reliquis tria alia tribus strophæ partibus contenta, videntur inter se permixta et connexa, horum expositionem conjunctim instituemus, sed tantummodò quantùm videbitur necessarium pro assequendo sensu sacro iis symbolicè illigato, per similitudinem analogam cum ritu paschali hebræorum, apud quos solennitas phase fuit vera figura sacrificii cruenti et incruenti per verum Heu cie christum dominum instituti et consummati.

Si consideremus quicquid pertinet ad solennitatem ritûs paschalis, videtur ejus substantiam ad hæc duo potissimùm capita reduci oportere, nempe ad oblationem holocausti, quod deus exigebat sibi offerri à populo in deserto extra ægyptum; præterea ad esum agni paschalis, præscriptum omnibus per domos et familias, quo tempore exituri erant ex ægypto, et transituri in solitudinem viâ trium dierum propter prædictum sacrificium; unde hæc solennitas dicta est phase seu transitus domini. Atque hoc duplex caput, tum de agno paschali, tum de solenni holocausto, non obscurè expressum patet in duobus postremis hujus septimæ strophæ versiculis, et eorum commentariis cien et xu. cùm prior versiculus jubeat assumi hebræorum ^more agnum masculum pro ritu transitûs seu oblationis faciendæ spiritui duci seu directori itineris, ciu ti y fu ... ci him tao chi xin yê: posterior verò versiculus præscribat holocaustum in deserto extrà regni limites faciendum, ad quod scilicet referretur oblatio agni transitûs. çaï fan, çaï lié, y him çù sui ... çù çù ël uam Kiao. Kiao chi Ki guei, çaï que uai.

His de similitudine sacrificii heu cie, cum solenni moysis ritu paschali, quoad substantiam spectato, breviter observatis; nunc ut parem similitudinem seu analogiam, quoad circumstantias in iisdem deprehendere possimus; præcipuas, quæ tempus, locum et ritum ipsum propiùs attinent, exploremus. Ex ipso Moysis pentateucho, ex quo constat hanc solennitatem à primâ suâ Institutione celebrari cœpisse mense nisan, qui erat primus in mensibus anni, scilicet die decimâ mensis hujus, tollere debebat unus quisque agnum masculum per familias et domos suas, ut posset toto triduò explorari num vitio careret; et servari usque ad diem 14tam, quâ universa multitudo filiorum Israël debebat illum immolare ad vesperam, quia erat victima phase, id est transitûs domini, quando Israël

經 取羝以軷。註 羝牡羊也。軷祭行道之神也。

經 載燔載烈。以興嗣歲。箋 取羝羊之體以祭神。又燔烈其肉為尸羞焉。自此而往郊。郊之其位在國外。

egressus est de ægypto. 15ta die mensis hujus erat solennitas Azymorum domini. In ea septem diebus continuis, comedebant absque fermento afflictionis panem. Agnus paschalis, seu victima phase debebat esse assa igne, et comedi cum lactucis agrestibus, aut cum aliis herbis amaris, ut vertit chaldæus. offerre debebant sacrificium in igne septem diebus. dies autem septimus, quo terminabatur tota solennitas paschalis, erat solennior et sanctior, et cadebat in diem 21mam seu in finem tertii septenarii, et primùm celebrata est a moyse in deserto, post egressum Israël ex ægypto.

Præcipuis paschalis sacrificii à Deo per Moysen instituti circumstantiis hic ita singillatim deductis; quò jam faciliùs in sacrificio heu cie agnoscere possimus supra propositam analogiam aut similitudinem quoad has circumstantias saltem magis notabiles; opus est, ut duos residuos septimæ strophæ versiculos paulò diligentiùs perpendamus. Ac primò quidem de similitudine quoad circumstantias ~~temporis~~ loci, res per se patet ex anteà observatis, tam circa immolationem agni in honorem spiritûs ducis itineris, et initio itineris faciendæ, sicuti immolatio agni paschalis, eâdem causâ dicta phase seu transitus domini: quàm circa solemne sacrificium Kiao su, extra regni fines in deserto faciendum, æquè ac sacrificium à moyse et populo extra ægyptum post viam trium dierum in solitudine celebratum; ad quod spectabat victima phase seu transitûs prius celebrata. unde liquet non posse desiderari majorem utrimque convenientiam quoad loca ~~ut~~ destinata celebrationi tum sacrificii itineris, tum sacrificii solennis, pertinentis ad terminum itineris.

Nunc ut eadem convenientia possit observari quoad tempus, et alia utriusque sacrificii adjuncta, reliqua textûs strophæ verba per partes expendamus. çaï meu, çaï guei, sunt verba denotantia electionem faciendam temporis et victimæ. victimæ electionem, quâ Judæi religiosè explorabant, num esset integra sine ullo vitio et omni ex parte perfecta, sinæ etiamnum observant, reprobantes omnem victimam in qua occurrerent aliqua è vitiis, propter quæ reprobantur in lege Judæorum. sequentia textûs verba ciu siao ciu chi, ciu ti y fou, designant ~~usum~~ similitudinem victimæ, quæ in sacrificio heu cie, sicuti in mosaïco debebat esse agnus masculus, anniculus, et pariter assari, et ut ait commentarius cien, igne deformari instar mortui cadaveris, fan lié, ki jo guei xe sieu yen: Et cujus in oblatione uti in mosaïcâ adhibenda erat adeps victimæ cum amari saporis herbâ siao, quæ est absinthii genus, ciu siao, ciu chi.

Demùm pro similitudine temporis satis erit perpendere ultimum versiculum præsentis strophæ çaï fan, caï lié, y him çù sui; et ejus commentarium xu, clarè dicentem sacrificium seu oblationem spiritui itineris esse præludium majoris sacrificii Kiao su, quo in solitudine sacrificatur cœlo seu deo, ci tien; et in quo adhibentur res è proventu anni desinentis pro petendâ abundantiâ anni proximè impendentis, cujus cardinali primi mensis die celebranda erat maxima hujus sacrificii solennitas, uti constat ex rituali Kalendario yue lim. Xe yuen ge ki cou yu xamti. quæ solennitas

經 取羝以軷。品字箋 解軷將行祭道神也。疏 既祭神道。乃自此而往于郊。以祭天也。

經 取蕭祭脂。取羝以軷。載燔載烈。箋 又燔烈其肉為尸羞焉。自此而往郊。

經 載燔載烈。以興嗣歲。疏 既祭神道。乃自此而往于郊。以祭天也。所以用先

歲之物。齊敬祀輊而祀天者。欲以興起来歲
使之繼嗣往歲而恒得豐年故也。
(月令)曰。乃擇元日。祈穀于上帝。
(經)載謀載惟。(大全)謀。卜日擇士也。惟。齋戒具修也。
(註)齋者。致齋七日。

idcirco dicta est, Ki cou Kiao, indéque fuit usque ad præsentem ætatem propagata, et etiamnum celebratur primo anni mense, et consequenter eodem, quo magna solennitas paschalis à moyse instituta. Sed quia Kalendarium sinicum ex eo multas et magnas passum est alterationes, unde secuti sunt diversi errores in determinandis et seligendis diebus, convenientibus ^sacris ejusmodi solennitatibus: etiamsi sinæ fixerint magnam illius sacrificii Ki cou Kiao solemnitatem primo anni sui mensi, sicuti Moses primo mensi anni hebraici, nunc vix fieri potest ut hæ solennitas concurrat in eandem diem, propter diversum utriusque anni initium.

Sed, nè quis ex hôc ^Kalē defectu arguere audeat diversitatem solennitatis sacrificii heucie, à solennitate paschali per mosem institutâ; pro conclusione expositionis strophæ præsentis, observandum est ^ex commentario ta cinen, quemadmodùm Israelitæ antè suam solemnitatem jejunabant septem diebus, comedentes absque fermento afflictionis panem: ita pariter ante solennitatem sacrificii ab heucie instituti debuisse præcedere jejunium septem dierum. chaï ché, chi chaï ci gé. unde videtur manifestè concludi posse, etiam quoad circumstantias temporis, perfectam similitudinem prædicti utriusque solennis sacrificii.

VIII.

(VIII) Octava et ultima odæ stropha attingit mirabilium heucie longè mirabilissimum, salutarem scilicet ejus sacrificii consummationem, et faustam ejus à supremo universorum domino Xam ti acceptationem cum plenâ suavitatis abundantiâ; indéque secutam peccatorum remissionem, et omnium generationum fælicitatem. quæ cùm superent omnem admirationem, odæ auctor, veluti ad altiorem horum ideam in animo lectoris excitandam, videtur de industriâ in capite hujus postremæ strophæ abstinuisse admirationis termino tan! quo singularum sex præcedentium frontem insignivit; hanc octavam exorsus per vocem ngam, quâ scilicet heucie, hoc est æternus Altissimi sacerdos, per hunc ritè præfiguratus, inducitur sublatis in cœlum oculis, deum optimum maximum invocans, seque in hostiam devovens ac sponte immolans pro redemptione generis humani. quem sacrum divinumque sensum, quamvis nullus Interpretum potuerit attingere, propter luminis fidei defectum; nil tamen videtur facilius cuicumque legis christianæ mysteriis imbuto, quàm ~~ex~~ hunc in ipso textu intueri cum eorundem Interpretum subsidio. quod ut omnes possint agnoscere, nunc hujus strophæ textum explanare tentemus juxta Interpretum observationes.

八章 (VIII) (經)卬盛于豆。于豆于登。其香始
升。上帝居歆。胡臭亶時。后稷
肇祀。庶無罪悔。以迄于今。

Ecce, inquit odæ textus, purum et sine alio condimento, agninæ carnis jusculum, in vase luteo paratum; et ejus carnem Instrumento ligneo impositam, quæ ego heucie sublatis in cælum oculis et manibus, tibi ô Xamti offero in sacrificium. Nunc, ut latentem sub eximiâ hac heucie sacrificantis allegoriâ, clarè agnoscamus et veluti manu palpemus cruenti et incruenti sacrificii factam à christo oblationem; hic præmittenda est quatuor litterarum expositio hieroglyphica, quarum prima est littera Kiam, prior scilicet ex duabus, quibus constat nomen matris heucie, vocatæ Kiam yuen; quæ littera Kiam

juxta analysim hieroglyphicam, ^significat ovem virginem. unde ejus filius verè dici potest agnus. et ideò in 2ª stropha Kiam yuen dicitur hunc peperisse sicuti ovis parit suum agnellum. 2ª littera exponenda est tém, quæ propriè significat vas luteum sacrificio destinatum, quod est symbolum hieroglyphicum corporis sacri secundi Adami, in Incarnatione ex luto virgineo conficti; sicuti corpus primi Adami in primâ formatione ex terrâ virgine et illibata fuerat configuratum; et quod ad presens mysterium non minùs facit, hæc littera olim scribebatur cum charactere seu figurâ crucis. 3ª littera exponenda est teu, quæ significat vas ligneum similiter sacrificio consecratum, nempe ex materiâ propriâ crucis seu Instrumenti redemptionis. 4ª est littera Kem, quæ significat agni assati seu torrefacti purum et sine alio condimento jusculum, verum symbolum hieroglyphicum pretiosissimi sanguinis agni immaculati nempe christi salvatoris.

mater heucie. 姜 Kiam ①
ovis. 羊 yam
virgo 女 niu

② tem. 登
③ téu. 豆
④ Kem. 羹

Prælibatâ tantummodò horum quatuor characterum significatione hieroglyphicâ, quorum singulorum profundissimum mysterium facile non est paucis verbis retegere; quis suprà expositum præsentis odæ textum revolvens, ~~quis~~ illico clarè non agnoscat, tam in heucie ovis virginis filio, quàm in puro agninæ carnis jusculo, et ejus duplici vase tum luteo tum ligneo, per sursùm elatas heucie manus supremæ Xamti majestati oblato; quis, inquam, in toto sacræ hujus allegoriæ tam exquisito apparatu, statim non intueatur cruentum et incruentum sacrificium deo Patri oblatum, a filio suo unigenito, qui est agnus immaculatus pro peccatis occisus ab origine mundi. Incruentum quidem, hoc est purissimum ejus sanguinem, in ejusdem sacro corpore tanquam luteo sed mundissimo vase cum ipsâ carne, in ultimæ cœnæ mensâ et calice oblatum. cruentum verò, id est ejusdem agni immaculati sacram carnem cum ipso sanguine, primo atroci et diuturno passionis igne veluti ad perfectam coctionem torrefactâ, deinde in ligneo crucis instrumento in odorem suavitatis immolatâ, Ipsomet sacerdote et victimâ.

(經)卬盛于豆登。(註)木曰豆。瓦曰登。(豆)說文。古食肉器也。毛氏曰。考工記。豆當作斗。豆即古斗字。
(登)字彙。手持祭肉于豆之義。說文。禮器也。爾雅。瓦豆謂之登。以薦大羹。品字箋。肉汁之不調者曰太
羹。傳正義曰。瓦豆謂之登。
(經)胡臭亶時。后稷肇祀。庶無罪悔。以迄于今。

Tanti meriti oblatione, cum plenâ cordis Xamti delectatione in cœlo acceptatâ, reliquus præsentis strophæ textus docet hinc consecutam peccatorum pœnitentiam ac remissionem, hancque fœlicitatem ex eo per omnes generationes ad præsentem usque fuisse continuò propagatam. hu hieu tan xî, heu ci chao sú, xu vu çui hoei, y Ki yu Kin. quod infinitum et universale bonum, quis audeat cogitare posse aut debere cuiquam alteri referri acceptum quàm uni Jesu christo communi omnium salvatori, et utrique divino ejus sacrificio per mysticum heucie sacrificium tam perfectè et adæquatè adumbrato.

Et sanè ipsimet hujus loci Interpretes, quantùmvis cæcutiant in tanti mysterii intelligentiâ, nonnè cogunt lectorem christianum, velit nolit, id confiteri? quis v.g. sacræ huic nostræ expositioni ultrò et summâ cum admiratione non assentiatur, legendo hæc præclara commentarii Xu in hunc odæ locum verba? Fuit hæc voluntas, ait

auctor commentarii, et mandatum magni yao (hoc nomine symbolicè et hieroglyphicè designatur magnus Jehovah seu yaω hebraeorum, uti alibi demonstratur) ut heu cie (frater Regis yao) institueret hoc salutare sacrificium, quod est origo universalis summae faelicitatis, quae inde in omnes orbis universi populos fuit generatim diffusa; ita ut singuli ejus beneficio consequantur convenientem quietis sedem, post paenitentiam et remissionem suorum peccatorum. quae immensa felicitas ex eo tempore se extendit per omnes hominum generationes usque ad praesentem diem, omnibus infinitis heu cie meritis innitentibus.

Alii insuper non levioris notae commentarii, v.g. ta ciuen, et si Kiam videntur hanc nostram praesentis strophae expositionem suo suffragio non invalidè confirmare; cum scilicet quaerendo rationem, cur sacrificium heu cie ex naturâ suâ tam vilis pretii, sive rei oblatae tenuitatem sive instrumentorum materiam et artificium spectes, fuerit causa tantae tamque diuturnae ac universalis faelicitatis; unanimiter concludunt veram et unicam illius causam fuisse virtutem, merita et dignitatem heu cie, quae propter caelestem ac divinam illius originem fuerunt infinita in ejus personâ (id est in Messiâ Salvatore, per heu cie certè praefigurato) cujus virtutis infinitae summus gradus in hoc prae caeteris enituit, quod voluerit, ut aiunt, ipsemet solus sustinere totam paenam istius sacrificii pro omnium peccatorum expiatione suscepti. ngan xem yu teu tem; cé cin ché ki lao, el fei uei chi ta gin yê. juxta illud Isaiae. verè languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit... Ipse autem vulneratus est propter ~~iniquitates~~ iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

Contrà praesentem expositionem, quâ revocamus sacrificium heu cie, ad christi sacrificium, vitam ultrò ponentis, et in cruce pro nostri omnium salute expirantis deo Patri suo oblatum; objiciet fortasse quispiam, in antiquo illo heu cie sacrificio, nullum extat vitae ab ipso positae, aut mortis oppetitae vestigium, et consequenter violentam nec satis connaturalem videri hanc nostram expositionem. Respondeo etiamsi in toto odae textu mors heu cie non fuerit propriis verbis expressa; hanc tamen non obscurè videri designatam sub figurâ illius agni mystici, quem in septima strophâ agnovimus pro ipso agno paschali. cujus quidem per torrefactionem immolationis ratio, cum ex commentario cien, victimam cruciatu aequè ac probro conficiat, eam scilicet ad cadavericam mortui formam redigens; hoc non immeritò, sicuti hujus immolationis ratio videtur figura valde connaturalis, veri heu cie seu agni immaculati, nempe christi Domini, per ignominiosa tormenta et probrosam mortem immolati. quod autem in solenni sacrificio heu cie, Kiao su, cujus praeludium erat praedicti agni immolatio, fiat commemoratio mortis heu cie, et time habeatur ut mortuus, hoc constat ex diversis traditionibus. v.g. ex libro sim li hoei tum, dicente. In solennitate sacrificii Kiao su dynastiae cheu, adhiberi figuram mortui cadaveris, xe, quae dicitur repraesentare ipsam mortui heu cie personam: qui mysticus ritus videtur primò institutus

(疏) 言后稷受堯之命始為郊祀其福乃流于天下之衆民令皆得其所無有罪過而令人悔恨者子孫蒙其餘福以至于今而賴之。

(詩大全) 曹氏曰。大羹不和陶瓦無文至薄也。而上帝則居然歆之。華谷嚴氏曰。言天之享不在物也。廬陵羅氏曰。卬盛于豆登則親執其勞而非委之他人也。

(析講) 后稷之功及于萬世實本于后稷德之馨也。

(性理會通) 凝齋筆語。周之郊祀亦有迎尸以為迎后稷之尸也。然據禮家說祭山川皆有尸則恐祭天亦有尸也。

尸 xe

ad excitandam salutarem cogitationem veri heu cie nempe Redemptoris nostri aliquando pro omnium salute morituri. Propter eandem causam videtur Extensus hic mos adhibendi in aliis sacrificiis figuram xe seu mortui repraesentationem &c.

Post tam fusam ac distinctam octo hujus odae stropharum explanationem, quarum singulae continent cum tantâ claritate, singula tam divina mysteria, soli christo domino nostro simul ac singillatim convenientia; si cui adhuc superest aliquod dubium circa veritatem ac certitudinem divini sensûs à nobis huic attributi: pro pleniori et ultimâ ejus confirmatione, satis erit, confido, si diligenter attendat, ad sacrum ac divinum cultûs genus, quod primi rituum Institutores decreverunt in honorem heu cie, post ejus mortem, hoc est post impletam totam ejus meritorum mensuram, cùm hoc vel unicum videatur sufficiens ad agnoscendum in mysticâ et sacrâ ejus personâ divinitatem cum humanitate conjunctam, qui est character proprius ac specificus divini hominum Redemptoris, seu verbi Incarnati.

Traditio indubitata et ab omnibus unanimiter recepta ait, cùm cheu cum primus Institutor sacrorum rituum et sacrificiorum dynastiae cheu, huic Institutioni vacaret; tunc dignitate, virtute ac meritis infinitis heu cie ritè perpensis, pro demonstrandâ debitâ gratitudine, erga nobilissimum illum veréque caelestem truncum totius dynastiae cheu, et primum totius populi verum parentem ac liberatorem; decrevisse hunc cum perfectâ cultûs aequalitate associandum illi, quem sinae ab omni aevo colunt, ut verum rerum omnium Auctorem ac principium, nempe caelo Archetypo et immateriali, cui unâ praedicant voce, neminem posse sine summo piaculo aequiparari: atque adeò hanc similis cultûs associationem, fieri debere in ipsis solennioribus sacrificiis Kiao su, institutis, in honorem primi ac supremi rerum omnium Auctoris, et in debitam gratiarum actionem pro primae earum formationis summo beneficio. chëu cum cé li, cun heu cie y pei tien. quapropter in solennitate sacrificii Kiao decretus est usus duplicis victimae, nempe unius tauri seu vituli in honorem caeli archetypi seu xam ti, alterius in honorem heu cie; cum duplici titulo tetragrammato, venerationis, paris similiter dignitatis, nempe hoam hoam heu ti. et hoam çou heu cie; Illo proponente xam ti tanquam primum rerum omnium Auctorem ac dominum independentem; hoc verò proponente heu cie tanquam primum hominum parentem ac dominum pariter omnino independentem, juxta illud priscorum Theologorum effatum van ve pen yu tien. gin pen yu çou, hoc est ad verbum. caelum est primum rerum omnium principium. et primus parens est ~~...~~ omnium hominum principium. quo effato, licet videatur distingui duplex principium rerum et hominum; certum est ex communi sensu Interpretum, hanc distinctionem non esse nisi nominis, uti patet ex commentariis Regiis gé Kiam hac aetate editis, quorum Auctores, hoc est omnes praecipui regni praesentis doctores, unâ diserte asserunt exponendo hoc effatum, non esse nisi unum et unicum verum

(箋) 燔烈其肉為尸羞。言又者亦用此豣之肉為之也。以七祀之祭皆有尸明軷祭亦有尸。

周公制禮。尊后稷以配天。朱子曰。郊而曰天尊之也。配稷于郊亦所以尊稷也。註按召誥用牲于郊牛二帝牛稷牛也。

(詩經) 享祀不忒。皇皇后帝。皇祖后稷。箋。皇皇后帝謂天也。

(禮郊特牲) 萬物本乎天。人本乎祖。此所以配上帝也。郊之祭也。大報本反始也。(日講) 無二本。

〔朱子註〕萬物本乎天，人本乎祖，故以所出之祖配天地。周之后稷生于姜嫄，以上更推不去。文武之功起于后稷，故配天須以后稷。〔詩〕皇皇后帝 hoam haam heu Ti. 皇祖后稷 hoam çou heu cie.

et hominum principium. gin ve vû ël pen: illud scilicet, quod in solenni sacrificio Kiao su colitur ut prima et universalis omnium causa, juxta hoc ~~aliud~~ libri rituum effatum. Kiao chi ci, ta pao pen fan xé yê: sed cui sub duplici, nempe cœli, et primi parentis nomine seu titulo, offertur hoc sacrificium in gratiarum actionem, tanquam uni et universali omnium bonorum origini; hoc est bonorum omnium naturæ et gratiæ; naturæ quidem bona referendo supremæ Xam ti majestati, sub nomine tien seu heu ti (hoam hoam heu ti) bona verò gratiæ, ~~referendo infinitæ~~ qualis est remissio peccatorum &c.; ea referendo ejusdem Xamti infinitæ bonitati, sub nomine seu titulo primi parentis seu regeneratoris seu heucie, (hoam çou heu cie). quemadmodum in christianâ lege, uno et unico Eucharistico sacrificio debitas agimus grates Deo optimo maximo, sub nomine et titulo creatoris, propter bona naturalia per creationem accepta; et sub nomine ac titulo Redemptoris, propter bona supernaturalia, seu dona gratiæ, per regenerationem aut reparationem accepta; id est sub divino nomine Jesu, in sacrificio Eucharistico Christianorum, Deo creatori in eundem latriæ cultum associato, propter beneficium Redemptionis, et ideò pulcherrimè quoad hoc præfiguratam per heucie, in sacrificio Eucharistico Kiao su pariter associatum divinæ Xam ti majestati, cum eadem supremi cultûs præeminentiâ.

Quæ cùm ita sint, facile non est excogitare, quid in mysticâ illâ heucie personâ deesse possit, ut a quovis Theologo sive Europæo sive Sinâ merito spectetur, tanquam verus et sacer Messiæ salvatoris Typus, aut ut figura divino modo symbolica et prophetica mysteriorum, quæ faciunt essentiam et veluti objectum fidei nostræ adæquatum.

Dices. verum quidem est Heucie olim à cheu cum fuisse associatum supremo rerum Auctori in sacrificio Kiao su. sed nihilominùs is non excedit naturæ humanæ conditionem; nec habetur ab omnibus Sinis nisi ut prima radix aut truncus populi et Regum dynastiæ cheu, ergo saltem ex hoc capite dici jure non potest figura perfecta Messiæ salvatoris, qui simul est verus deus et verus homo. Respondeo supernaturalis conceptus heucie, in virgineo matris utero sine viri consortio, et per divinam Xamti operationem formati, et cætera mirabilia de eo anteà exposita ex mente præcipuorum Interpretum, satis superque astruunt ipsius divinitatem, eaque plenè confirmatur per æqualem cultûs supremi præeminentiam cum quâ associatur supremo rerum Auctori in sacrificio Kiao su. quæ associatio a Sinis ipsis excusari nullatenus poterit ab impietate sacrilegâ et à verâ Idololatriâ, nisi nobiscum agnoscatur verus character divinitatis unitus humanitati ~~in~~ in mysticâ heu cie personâ. cùm hoc sit fundamentale priscorum sinarum doctrinæ dogma, divinum Xamti numen ita res omnes transcedere innatâ sua præeminentiâ; ut neque vel nobilissimus spiritus possit sine summo piaculo cum ipso comparari, multò minùs associari quoad cultûs latriæ perfectam æqualitatem.

〔禮記〕天無二日，土無二王，嘗禘郊社，尊無二上。〔儒云〕昊天至尊無對。

Contra hoc responsum oppones haud dubiè consuetudinem omnium posterarum dynastiarum, quæ exemplo dynastiæ cheu singulæ propriæ familiæ Regiæ caput seu primum Regem associarunt supremo rerum Auctori in iisdem sacrificiis Kiao su, sicuti heucie huic associabatur in dynastiâ cheu, quamvis singulæ illæ dynastiæ nullum agnoscant divinitatis characterem in primis illis Imperatoribus. Respondeo reverâ sed non sine summo totius Imperii sinensis dedecore et infortunio, ex illo tempore introductum esse hunc impiissimum et verè sacrilegum morem; singulis dynastiis volentibus quidem in hoc se conformare primitivo ritui dynastiæ cheu. sed quia vetus sinarum sapientia, plena mysteriis sacrarum traditionum legis naturalis, sub stylo hieroglyphico librorum canonicorum velata, planè extincta est per impiissimum Tyrannum Cin xe hoam, qui 3.º ante christi adventum sæculo, vasto sinensi solo in unam monarchiam redacto, primus sacros nominis Tetragrammati characteres Xam ti proprios, hoam et Ti, sacrilegè usurpavit, flammisque absumpsit libros canonicos, ejusdem Xamti sacrum cultum spectantes; ac vivos sepelisit præcipuos illius doctrinæ Interpretes ac magistros: ex eo tempore, ~~imo et à morte Confucii~~ factum est, ut dynastia Cin et omnes posteriores usque ad præsentem, amissâ prorsus veteris doctrinæ intelligentiâ, uti doctissimi quique sinarum scriptores cujuslibet ætatis communi doloris sensu confitentur; et summo cum errore idem judicium facientes de posterioribus dynastiis (in quibus omnia sunt merè humana ac civilia, nec occurrit Rex ullus sanctus) ac de tribus antiquis hia, Xam et cheu, quæ cùm sint præcipuum librorum canonicorum argumentum, plenæ sunt mysteriis sacris, et singulæ numerant plures heroas et sanctos Reges, quorum omnium origo, id est conceptio et nativitas dicitur esse sicuti ipsius heu cie, nempe cœlestis ac supernaturalis, et qui consequenter censeri debent habere quendam characterem divinum cum humanitate conjunctum; ex eo, inquam, factum est, ut posteriores dynastiæ singulæ, primos suos Reges, et et propriæ prosapiæ Regiæ conditores, reverentes sicuti totidem heroas et sanctos, similes conditoribus dynastiarum hia, Xam et cheu; eos cum enormi impietate pariter associaverint divinæ majestati Xam ti, ~~in~~ in solemnitate sacrificii Kiao su, cùm quadam cultûs æqualitate, nemini omnino competente, nisi soli vero hominum Redemptori, et unico Ecclesiæ conditori, per divinum heucie, et alios similes nec paucos Typos sacros in traditione sinensi occurrentes (de quibus postea seorsim ac singillatim) non incongruè adumbrato.

〔西漢書藝文志序〕曰：昔仲尼沒而微言絕，七十子喪而大義乖。〔歐陽修〕曰：昔者聖人已沒，六經之道幾熄于戰國，而焚棄于秦。〔朱晦庵〕曰：秦漢以來，天下之士莫知所以為學，是以天理不明而人欲熾，道學不傳而異端起。〔蘇東坡〕曰：仲尼之亡，六經之道遂散而不可解。〔性理會通進書表〕云：自王道既衰，異端蠭起，其間存者，不絕如綫。〔四書大全進書表〕聖人之道不行，而百世無善治；聖人之學不傳，而千載無真儒。〔御批古文淵鑒〕云：說經之家，往往鑿空騁異，使聖人之道不明于天下。又云：先聖作經之意，後人以揣摩穿鑿之見求之，則滋晦矣。〔圖書編〕自秦以來，文王配天之禮廢矣，而稷之祀至今未嘗廢。後之有天下者，豈復有此祖也哉。而必欲効周之禮，推其遠祖，上擬后稷，而上視周家祀后稷之意，則不類甚矣。上世之祖，既未有可以擬后稷者，則不必一遵周人之制可也。洪武元年，初郊議配祀。上親為文以告太廟曰：歷代有天下者，未嘗不以祖配天，茲臣獨不敢者，上天垂誡，早暮兢惕，恐無以承上帝好生之德，故不敢輙以祖配天也。惟祖神與天通，恐上帝有問，以臣之所行敷奏帝前，善惡無隱，惟上帝鑒之。

禮郊特牲 郊之祭也。迎長日之至也。註 問郊祀后稷以配天。宗祀文王以配上帝。帝只是天。天只是帝。却分祭何也。朱子曰。為壇而祭。故謂之天。祭于屋下而以神祇祭。故謂之帝。

書經 惟我周王。靈承于旅。克堪用德。惟典神天。大全 陳氏大猷曰。可為神與天之主。陳氏雅言曰。昔者天求民主于爾多方之時。惟我文武。能溫然以愛其民。毅然以修其德。是誠可以為神天之主矣。日講 惟我周文王武王。仁心愛民。善承順于衆庶。而

Ex allegatis Scriptorum Sinensium diversæ ætatis testimoniis in margine paginæ præcedentis, constat intimam et capitalem librorum canonicorum doctrinam, ad cultum divinum et sacros ritus pertinentem, a bis mille annis fuisse planè confusam et obscuratam. Et ex aliis in infimâ ejusdem paginæ parte subjunctis, ex insigni auctore libri tu xu pien, qui florebat antè unum sæculum, clarè intelligitur morem heterodoxum à tempore Cin xe hoam per singulas dynastias usque ad præsentem introductum, associandi primos Reges, et caput Regiæ familiæ cujusque dynastiæ, cum supremo universi domino sub titulo tien vel xam ti coli solito in solennibus sacrificiis kiao et min tam; loco heu cie trunco originali dynastiæ cheu, et Regis ven vam, primo ejusdem dynastiæ monarchæ: patet, inquam, hunc posterarum dynastiarum morem, videri spurium verèque heterodoxum, saltem Scriptoribus potioris notæ, hincque ipsorummet argumentis ~~~~ et auctoritate facilè concuti, imò et convelli posse, etiam sine ullâ offensâ Regiæ Majestatis, aut sectæ philosophorum, ab ipsis missionariis, qui ritè noverint discrimen faciendum necessariò inter truncos ~~fine~~ Regiarum familiarum aut primos Reges posterarum dynastiarum, et truncos familiarum aut primos Reges veterum dynastiarum; qualis est v.g. heu cie, qui licet reputetur truncus originalis dynastiæ cheu, tamen censetur ab ipsis Sinis ~~ab~~ habere originem verè cœlestem, nec alium patrem, quàm ipsum xam ti, et a nobis eâ de causâ, et propter multas alias divinas dotes, solius messiæ Redemptoris proprias, esse ejus Idealis figura verè quoad omnia ~~symbo~~ perfectè symbolica et prophetica: qualis pariter est ven vam, qui etsi numeretur in capite Regum ejusdem dynastiæ cheu; cùm similiter existimetur a Sinis, habere etiam originem merè cœlestem, et esse veram cœli prolem seu cœli filium, imò vulgò eum confundant cum ipso xam ti seu cœlo, nec ponant ullum inter utrumque discrimen, hunc expressè vocantes tien cœlum, xam ti cœli monarcham; pe xin chi chu, omnium spirituum dominum; quemadmodum appellant heu cie, cœli et terræ dominum tien ti chi chu. Eâ de causâ, et propter plures alias, videtur pariter nobis spectari debere veluti altera messiæ Salvatoris figura verè sacra et prophetica.

克堪用德。力行仁政。以布德于天下。誠可典司神天。為上帝百神之主矣。詩大全 新安胡氏曰。篇首言文王陟降在帝左右。終言天無聲臭。儀刑文王。天其文王乎。文王其天乎。十三經禮記疏 后稷為天地之主。文王為五帝之宗。詩周頌疏 上帝謂五德之帝。詩大全 文王立武功。即武王也。文王武王一也。書經日講 武王之德。真足以為神人之主。

Etsi contendimus, ea quæ hîc à nobis prolata sunt tam fusè de heu cie, et non nisi obiter de ven vam, accipi debere in sensu sacro et hieroglyphico: non continuò à nobis rejici sensum historicum eorum, quæ Sinæ sine contradictione unanimiter agnoscunt pro historico in veteri chronico, asserimus.